Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



64

scebat quid esset in homine. Nam hoc apostolus planius explicans.
quem nemo unquam hominum uidit. Nec uidere potest. Si ergo tacitum
est dm nemo uidit umquam. ac si diceret. Cur nemo hominum. adtenus
illa quaestio soluta uidebitur. ut non sit huic sententiae contrarium
quod dns ait. Angeli eorum semper uident faciem patris mei. Ut si q
lic & angelos dm uidere credamus. quem nemo uidit umquam. sed hominu.
Quomodo ergo dm uidit. abraham. & isaac. & iacob. iob. moses. micheas.
esaias. & si qui alii sunt. De quib: uerissima scriptura testatur quod
dm uiderunt. sed dm nemo umquam hominum uidit. Nec uidere potest.
Quamquam nonnulli uolentes probare. & iam impios uisuros dm a diabolo
quoq: ipso dm uisum putant. sic accipientes quod scriptum. est in libro iob.
Uenisse cum angelis. & diabolum in conspectu dei. Utiam & illud uenia
inquestionem quomodo dictum sit. Beati mundi corde qui ipsi dm uide
bunt. & illud pacem sectamini cum omnib: & sanctificationem. Sine qua
nemo poterit uidere dm. multum enim miror sic eo usq: progrediuntur.
qui existimant impios uisuros dm. & a diabolo uisum dm. ut eos &
mundo. ee. corde. & pacem ac sanctificationem cum omnib: sectari ad
seuerent. Nam quod dns ait. qui me uidit uidit & patrem. potest
paulo attentius considerari. non uidere. ee. contrarium eiqd
dixit. Dm nemo uidit umquam. Neq: enim dixit qui a me uidistis.
uidistis & patrem. sed dicendo. qui me uidit uidit & patrem.
ostendere uoluit unitatem substantiae patris & filii. Ne ita aliquo
inter se putarentur esse dissimiles. Ac per hoc qm uerum dictum. e.
qui me uidit uidit & patrem. profecto qm dm nemo hominum uidit
umquam. nec patrem quisquam putandus. e. uidisse nec filium
secundum qd ds. e. & filius cum patre unus ds. Nam secundum id
quod homo. e. utiq: inter eos uisus. e. & cum hominib: conuersatus. e.
Sed magna quaestio. e. quomodo non sit contrarium qui a tot antiqui
uiderunt dm. sed dm nemo uidit umquam. quem nemo hominum
uidit. Nec uidere potest. Uides quam difficile mihi proposueris.